

libuit: tribus libris Cōmentarios ipfos ab-
solui. quorū primus atque itē secūdus, prę-
scripti tēporis euenta cōtinet c A R. V. Im-
peratore. tertio libro sūmatim recensentur
ea, quę P. H. Rege (a paternis sacris libera-
to) incidertint illustria. Sed ne in notis mo-
rer, pręfari desino: & rem aggredior.

COMMENTARIO RVM
LVD. GVICCIARDINI LIBER I.

DA x (Cameracensis) post atrox,
crudele & diuturnū bellū, tandē
quęsita est: hoc fere initio.

IMP. Cæs. Caro. V. & Fran-
ciscus I. Francorum Rex, nō fessi fractique
diuturno bello duntaxat, sed alio intenti,
quia nimirū Imp. a Turco, expeditionē Pā-
nonicā iacente, Austrię suę subtimebat, &
Franc. rerū cū publicarū, tū suarū acerbita-
te commouebatur: determinarunt postre-
mo, concordiam inter se constituere. Eam
ob rem, Cameraacum, liberam adhuc, &
neutrius partis urbē, in medio fere Belgio
sitam (vti fatalē, ad grauissimas R. P. C. cō-
sultationes, & induciarū, fœderū, ac pacis
solenni promulgatione iam olim celebra-
tam) delegerunt. Interea igitur tēporis, quo
in

in